Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De septem viris suspensis in vltione[m] gabaonitarum ca. xx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

ſum. Tu ⁊ ſiba diuidite poſſeſſiões. q. dice-
ret. Utriqꝫ veſtrū dederā: ſed qꝛ vterqꝫ totū
habere non poteſt: inter vos diuidat̃. Dicit̃
ꝙ dauid ĩmemoꝛ iuramēti cū ionatha iniu-
ſte iudicauit. ⁊ ideo roboam ⁊ ieroboam di
uiſerūt eiꝰ regnū. Moꝛtuo eñ ſalomone ro
boam filiꝰ eius: ⁊ ieroboā armiger ipſius di
uiſerūt regnū qđ habuerat dauid Berzellai
ꝗꝫ qui ꝓbuerat alimēta regi deſcēderat cum
eo. Et ait rex ad euꝫ. Ueni mecū in hierl'm:
⁊ honoꝛabo te. Qui reſpondit. Octogenari
us ſum hodie: non indigeo hac viciſſitudiē
Chamaa: al's chanaan filius meꝰ vadat te-
cum. fac ei qđ tibi videt̃. Et ait rex. Ueniat
⁊ faciam ei qđ tibi placuerit. Et rediјt berzel
lai in locū ſuum. Tunc cõcurrerunt ad regē
oẽs viri iſrael: ⁊ indignātes dixert̃. Qua-
re te furati ſunt frēs
nr̃i viri iuda: et tra-
duxerūt te ſine nob̃.
Et reſpõdit iudas.
Quia ꝓpioꝛ eſt mi-
hi rex. Et ait iſrael.
Decē partibus ego
maioꝛ ſum. idõ ma-
gis ad me ꝑtinet da
uid ꝗꝫ ad te: ꝑſertim
cuꝫ ꝑmogenitꝰ ſim.
Cumqꝫ reſpõdiſſent
duriꝰ viri iuda: ſiba filiꝰ bochri: filiꝰ gemini
cecinit buccina: ⁊ ait. Nõ eſt nobis pars ĩ fi
lio iſai. Reuertere in tabernacula tua iſrl' Et
recedētes a dauid: ſecuti ſunt ſibam Uiri āt
iuda reduxerunt regem ſuū in hieruſalem.

Nota quoddā ħ qđ
vix alibi inuenies ꝙ
nomine iſrael. xj. tm̃
tribꝰ deſignant̃. Cuꝫ
eñ. xij. fuiſſent. d. xij.
patribus. de tribu iu
da rex fuit dauid qđ
indigne ferētes. xj. ve
nerunt ad tribum da
uid dicentes.

De moꝛte Amaſe ⁊ Siba. Ca. XIX.

Et autē decem

r conubinas ad q̄s ingreſſus fue-
rat abſalõ recluſit ĩ cuſtodia vi-
duitatis: nec eſt ingreſſus ad eas. Et ait rex
amaſe q̇ erat ꝑnceps militie. Cõgrega mihi
viros iuda in tertiū diem Abiјt ergo amaſa
⁊ moꝛatꝰ ē extra placitū. Et ait rex ad abyſai
nõ ad ioab quem iam amouerat a pꝛincipa
tu. Tamē ioſephus dicit eū dixiſſe ad ioab.
Tolle ſeruos dñi tui: ⁊ ꝑſequere ſibam ne ef
fugiat vos: ⁊ egreſſi ſūt cū eo omnes robuſti
de hieruſalē: ⁊ occurrit ei amaſa reſidens iu-
xta lapidem grandē q̇ eſt in gabaon. Poꝛro
ioab veſtitus erat tunica ſtricta: ioſephꝰ tñ
dicit loꝛica: ⁊ accinctus erat gladio fabꝛefa-
cto: q̇ leui motu egredi poterat: ⁊ arte q̄dam
ſimulans q̄ſi cecidiſſet gladiꝰ ⁊ recepiſſet euꝫ
dextra manu tenuit mētū amaſe: q̄ſi oſculās
eum: ⁊ ſiniſtra ꝑcuſſit eum in latere: ⁊ effudit
eius inteſtina Joab autē ⁊ abiſay ꝑſecuti ſūt
ſibam: ⁊ ſubſiſtebant venientes ad moꝛtuū
in via. Uir autē q̇dam amouit eū in agrū et
operuit eū: ne ſubſiſterēt trāſeūtes: clamans
ꝙ iuſte occiſus eſſet qui in dolo moꝛaꝫ face-
ret redire ad regē. Joab ꝟo cum exercitu ob-
ſedit ſibam in abela: ⁊ moliebatur deſtruere
muros vꝛbis. ⁊ exclamauit ad eum mulier ſa
piens de ciuitate. Sermo dicebatur in vete
ri pꝛouerbio. Qui interrogant interrogēt in
abela. q̄ſi diceret. hec eſt vꝛbs ꝯſiliј ab antiq̄
Quare queris euertere matrē ciuitatuꝫ iſrl'.
Quare ꝑcipitas hereditatē dñi. Hebꝛeꝰ nõ
habet ꝓuerbio. ⁊ eſt ſenſus ſm̃ eū. Sermo
dicebat̃ in veteri. i. quondaꝫ in lege dictū eſt
vt iſrael ꝑus offerat pacem hoſtibꝰ ꝗꝫ aggre
diatur eos. Quare ergo pꝛecipitas heredita
tem dñi. id eſt cur nõ ſeruas legē in iſraelitis
que ſeruata eſt in alienigenis. Poſtea legit
hebꝛeus qđ interpoſitū ē ad cõmēdatõnē vꝛ
bis ſm̃ ꝑoꝛem expoſitõeꝫ. Et reſpõdit ioab
ad eam. Non quero euertere vꝛbem ſꝫ ſiba
filiū bochri: q̇ leuauit manū ſuā ꝯtra dauid
Et locuta eſt mulier ciuibꝰ ſapienter: q̇ abſci
ſum caput ſibe ꝓiecerūt ad ioab. Tūc reuer-
ſus eſt exercitꝰ in hieruſalē ad regē: ⁊ reſtituit
rex ioab ſuꝑ exercitū ⁊ alios miniſteriales in
officiјs ſuis ſicut ſupꝛa: ħ addito: ꝙ aduram
ſtatuit ſupꝛa tributa colligēda ⁊ ꝙ hyram fa
ctus eſt ſacerdos dauid ꝓprius.

De ſeptē viris ſuſpēſis in vltione gabao-
nitarum. Ca. XX.

Facta eſt quoqꝫ

f fames in diebꝰ dauid tribꝰ ānis
iugiter: et conſuluit dauid dñm
Qui rñdit hoc fieri ꝓpter ſaul ⁊ domū eius q̇
occidens gabaonitas quaſi pꝛo zelo filioꝝ
iſrael irritum fecerat iuramentū ioſue et ſe-
nioꝝ. Et ait dauid ad gabaonitas. Quid
faciam vobis vt benedicatis hereditati dñi.
Qui dixerunt. Uirū qui attriuit nos delere
debemus: vt ne vnꝰ q̇dē reſiduꝰ ſit de ſtirpe
eius. Sꝫ qꝛ dauid ħ facere nõ poterat ꝓpter
iuramentū quod iurauerat ionathe tentaue
rūt petitiones dicentes. Dent̃ nobis ſepteꝫ
viri d̃ filiјs eius: vt crucifigamꝰ eos domino

Pepercitq̄ rex miphiboſeth filio ionathe ꝛ
tradidit eis duos filios ſaul: quos peperit ei
reſpha. Iſti adhuc pueri cum doech occide
runt ſacerdotes nobe: ꝛ poſtea gabaonitas.
Dedit eis etiā quinq̄ filios michol adopti
uos q̄s genuerat merob adraeli Gabaonite
ꝗ̄o crucifixerūt eos in diebꝫ meſſis ꝑme. id ē
incipiēte meſſiōe hordei. Induēs āt reſpha
ciliciū ſubſtrauit ſibi ſup̄ petrā cubās iuxta
eos die ac nocte vt amoueret ab eis aues et
beſtias ab initio meſſis donec ſtillaret aqua
ſup eos. i. vſq̄ circiter kalēdas ſeptembris.
Tūc ei iuxta naturā terre ꝑmū poſt meſſem
pluuia deſcēdit. Hanc reſpham quidā non
bene putāt fuiſſe orpham nurū noemi. Au
diens autē dauid q̄ fecerat reſpha depoſuit
eos de patibul: ꝛ tollēs oſſa ſaul ꝛ ionathā
de iabis galaad: ꝛ oſſa eoꝝ q̄ affixi fuerāt ſe
peliuit eos in ſepulcro cis pr̄is eoꝝ. Quo
facto reddidit deus vbertatem terre.

De q̄ttuor p̄lijs dauid Capl'm. XXI.

Actum eſt autem

f iterū preliū philiſtinoꝝ aduerſus
iſrael: ꝛ pugnabat dauid cū ſuis
aduerſus eos. Cūq̄ fere dauid defeciſſet pu
gnando: cū ieſbidenob q̄ fuit de genere ara
pha: niſus ē ꝑcutere dauid: ꝛ interpoſuit ſe
abyſai: ꝛ interfecit philiſteū. Hūc tradūt he
brei fuiſſe de genere giganteo: arapham ꝗ̄o
dicunt fuiſſe orpham nurū noemi que pepe
rit viro gethco q̄ttuor gigātes q̄ hic memo
rantur ieſbidenob: ſephi goliam: ꝛ quartum
habētem ſenos digitos in manibus ꝛ pedi
bus. Tūc iurauerūt viri dauid dicētes. Iā
non egredieris nobiſcū in p̄liū ne extinguas
lucernam in iſrael. Occaſione huiꝰ vltimi p̄
lij epilogat hiſtoria hic tria ſuperiora prelia
dauid nominata: non tamen eo ordine quo
geſta ſunt. Quoꝝ primū fuit in gob: vrbs eſt
que ꝛ iaſer dr̄ in qua ꝑcuſſit ſobochai ſephi
de genere gigantū. Aliud quoq̄ preliū ſimi
liter fuit in gob in quo ſcd'm ioſephū apparuit
vir fortis ephron cognatus dauid: q̄ ſuis in
fugā verſis ſolus plurimos hoſtiū ꝑemit: et
alios in fugā cōuertit. Liber vero regum in
hoc loco ponit p̄lium dauid ꝯtra goliam in
hunc modū. In quo ꝑcuſſit adeodatus filiꝰ
ſaltus: polimitariꝰ: bethleemites goliath ge
theū. His quattuor nominibꝫ exꝑmitur da
uid ꝛ dicit̄ adeodatus: quia ad liberationē
iſrael datus eſt a deo in regē. Filius ſaltus:
q2 de paſcuis ꝛ ſaltu aſſumptꝰ eſt. Polimita
rius: q2 d̄ genere beſeleel polimitarij fuit ma
ter eius. Uel q2 multꝫ modis ampliauit cul
tū dn̄i. Bethleemites dictꝰ eſt a patria. De
moratur q̄z ꝛ aliud p̄liū in quo ionathas fi
lius ſemmaa fratꝫ dauid ꝑcuſſit virū haben
tem ſenos digitos in manibꝫ ꝛ pedibꝫ. Expe
ditus itaq̄ dauid a p̄lijs locutus eſt domio
ꝟba carminis huius in die qua liberauit eū
dn̄s de manu omniū inimicoꝝ ſuorum: ꝛ de
manu ſaul: ꝛ ait. Dn̄s petra mea ꝛc̄. In pſal
mis ſcd'm tranſlationē noſtrā ita legitur. Dili
gam te domine fortitudo mea: dn̄s fir. m. et
refu. m. ꝛc̄. Cuius titulum ſumpſit eſdras ex
verbis ſupra poſitis in die qua liberauit eū
dn̄s ꝛc̄. Ioſephus hic dicit q̄ cū dauid pa
ce altiſſima frueret̄: cātica ꝛ hymnos compo
ſuit, alios trimetros, alios quinq̄metros, di
uerſa faciens organa: in quibꝫ leuite ꝑ ſabba
ta ꝛ alias ſolennitates hymnos dicerent. Et
ponit ioſephus differentiā inter pſalteriū et
nabluz. Et eſt pſalteriū canora cithara decē
chordis coaptata: q̄ cum plectro ꝑcutit̄. Na
bliū ꝟo. xij. ſonos habēs digitis tāgit̄. Poſt
carmen ſupradictū addidit dauid loq̄ns de
ſe tanq̄ d̄ alio. Hec ſunt verba nouiſſima q̄
dixit dauid filius iſai: Dixit vir cui conſtitu
tum eſt. id eſt ꝑmiſſio facta de chriſto dei ia
cob. Hebreus habet ita. Dixit vir leuatꝰ ſup
chriſtū dei iacob. id eſt chriſtꝰ ſup alios exal
tatus ꝛ vnctꝰ a deo. Propter hec ꝟba q̄dam
dicūt p̄dictuz pſalmū nouiſſime ſcriptum a
dauid. S; tutius eſt vt dicamus nouiſſima
ꝟba dauid q̄ ſequunt̄. Sp̄us dn̄i locutꝰ eſt
ꝑ me ꝛc̄. Et eſt forte pſalmꝰ nouiſſime ſcptus
nec alijs. cl. annumeratus.

Catalogus fortiū dauid. Ca. XXII.

Orro circa regē

p erāt oēs fortiſſimi: q̄ꝝ iſigniores
fuerūt. xxxvi. Inſignior tn̄ ceterꝭ
erat dauid: ſedēs i cathedra ſapientiſſimꝰ: et
ita erant. xxxvij. annumerato dauid. Porro
poſt dauid d̄ illis. vj. qui erāt ſupra. xxx. tres
erant fortiſſimi. alij tres non adeo fortes. ſed
tamē fortiores reliquis. xxx. vt. q. dicere poſ
ſimus. xxx. erant fortes: tres ꝟo fortiores eis
tres ꝟo reliqui fortiſſimi. Et ſcd'm hāc expoſi
tionem catalogus. xxxvj. fortiuz incipit ibi.
Princeps īter tres ip̄e eſt. q. tenerrimꝰ ligni

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN